



22122963



**LATIN  
HIGHER LEVEL  
PAPER 1**

Tuesday 15 May 2012 (afternoon)

1 hour 30 minutes

Candidate session number

0	0								
---	---	--	--	--	--	--	--	--	--

**INSTRUCTIONS TO CANDIDATES**

- Write your session number in the boxes above.
- Do not open this examination paper until instructed to do so.
- Translate Text 1 or Text 2 in the spaces provided. Each text is worth *[175 marks]*.
- The maximum mark for this examination paper is *[175 marks]*.
- The use of dictionaries is permitted for this paper.



Translate Text 1 **or** Text 2.

Translate into English the section of the text indicated between the asterisks. A translation of the rest of the text appears on the facing page.

### Text 1

#### Mercury tells the monster Argus a bedtime story about the god Pan and the nymph Syring.

690 tum deus “Arcadiae gelidis sub montibus” inquit  
 “inter hamadryadas celeberrima Nonacrinas  
 naias una fuit: nymphae Syringa vocabant.  
 non semel et satyros eluserat illa sequentes  
 et quoscumque deos umbrosaue silva feraxque  
 rus habet.

\* redeuntem colle Lycae<sup>1</sup>  
 Pan videt hanc pinuque caput praecinctus acuta  
 700 talia verba refert” – restabat verba referre  
 et precibus spretis fugisse per avia<sup>2</sup> nympham,  
 donec harenosi placidum Ladonis<sup>3</sup> ad amnem  
 venerit; hic illam cursum inpedientibus undis  
 ut se mutarent liquidas orasse sorores,  
 705 Panaque cum prensam sibi iam Syringa putaret,  
 corpore pro nymphae calamos tenuisse palustres,  
 dumque ibi suspirat, motos in harundine ventos  
 effecisse sonum tenuem similemque querenti.  
 arte nova vocisque deum dulcedine captum  
 710 “hoc mihi colloquium tecum” dixisse “manebit”,  
 atque ita disparibus calamis compagine cerae  
 inter se iunctis nomen tenuisse puellae.  
 talia dicturus vidit Cyllenius<sup>4</sup> omnes  
 subcubuisse oculos adopertaque lumina somno;  
 715 supprimit extemplo vocem firmitque soporem  
 languida permulcens medicata lumina virga. \*

nec mora, falcato nutantem vulnerat ense,  
 qua collo est confine caput, saxoque cruentum  
 deicit et maculat praeruptam sanguine rupem.

Ovid *Metamorphoses* 1.689–694; 698–719

<sup>1</sup> Lycaeus, a, um: Lycean

<sup>2</sup> avius, a, um: remote, out of the way

<sup>3</sup> Ladon, is: Ladon

<sup>4</sup> Cyllenius, i: Mercury





**Text 2****The Roman generals' benevolent attitude towards Sicily.**

quare P. Africanus Carthagine deleta Siculorum urbes signis monumentisque pulcherrimis exornavit, ut, quos victoria populi Romani maxime laetari arbitrabatur, apud eos monumenta victoriae plurima conlocaret.

5 \* denique ille ipse M. Marcellus<sup>1</sup>, cuius in Sicilia virtutem hostes, misericordiam victi, fidem ceteri Siculi<sup>2</sup> perspexerunt, non solum sociis in eo bello consuluit, verum etiam superatis hostibus temperavit. urbem pulcherrimam Syracusas – quae cum manu munitissima esset, tum loci natura terra ac mari clauderetur, – cum vi consilioque cepisset, non solum incolumem passus est esse, sed ita reliquit ornatam ut esset idem monumentum victoriae, mansuetudinis, continentiae, cum homines viderent et quid expugnasset et quibus pepercisset et quae reliquisset:

10 tantum ille honorem habendum Siciliae putavit ut ne hostium quidem urbem ex sociorum insula tollendam arbitraretur. itaque ad omnes res sic illa provincia semper usi sumus ut, quicquid ex sese posset efferre, non apud nos nasci, sed domi nostrae conditum iam putaremus. \*

quando illa frumentum quod deberet non ad diem dedit? quando id quod opus esse putaret non ultro pollicita est? quando id quod imperaretur recusavit?

Cicero, *Actio in C. Verrem secunda* 2.2.4–5

---

<sup>1</sup> Marcus Marcellus captured Syracuse in 218 BC during the first Punic War.

<sup>2</sup> Siculi: Sicilians



